

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XXVII. TIT. I. De Excusationibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

Quod vero hoc intelligendum sit de remoto ex culpa lata, probatur  
 (1) ex eo, quod ex alia, quam lata culpa remotio fieri non possit, per  
 text. expr. in *L. 7. §. 1. h. & §. f. Infl. h.* verb. *eos, qui fraudulententer admini-*  
*strant, removendos esse;* (2) propter latam culpam defuncti tutoris hære-  
 des damnari possunt, *I. i. C. de haer. tut.* neque inde sunt infames, *L. 6.*  
*§. 7. de His, qui not. infam.* ergo ex lata culpa condemnatus non nota-  
 tur. Sed & (3) propter levem culpam nemo removetur, sed ei curator  
 adjungitur. *§. 5. I. de Curat. ibi: Item si tutor &c. idoneus non fit ad admi-*  
*nistrandum, nec tamen fraudulententer administrat, solet ei curator adjungi.*

O B J. (1) Quod voce culpæ simpliciter posita, intelligatur levis. Cum  
 igitur in *d. §. 6.* remotus ex *tulpa* non fiat infamis, id videtur intelli-  
 gendum de remoto ex *levi*; imprimis cum *lata culpa* jam sub voce doli com-  
 prehendi videatur.

R E S P. Hæc omnia ita vera sunt, nisi aliud legibus constitutum ap-  
 pareat.

O B J. (2) Quod damnati proprio nomine tutelæ fiant infames.  
*L. 6. §. 7. de His, qui not. infam.*

R E S P. Supponuntur ex dolo damnati.

I N S T O, quod in *L. i. ff. de His, qui not. inf. tutelæ* damnati æque in-  
 fames fiant ac *depositi, mandati & pro socio* damnati, at hi omnes etiam  
 ex lata, quin & *levi culpa* damnati notantur. Vid. *supr. tit. de His, qui*  
*not. inf. quaest. 2.*

R E S P. In eo convenient, quod damnati fiant infames, at in tutela  
 non sufficit damnatio ex culpa, sed ex solo dolo, quia ea non ultiro su-  
 scipitur, sed ex necessitate.

L I B. XXVII. T I T. I.

## DE EXCUSATIONIBUS.

Qv. I. *Intra quod tempus aliquis se excusare*  
*debeat?*

R E S P. Duplex tempus est, *excusationis & viae.* *Laut pag.*  
*Praesenti* tantum dantur quinquaginta dies *excusationis*, nulli 472. verb.  
*viae, absenti* triginta dies *excusationis*, & tempus *viae*, nemirum in vi. *intra legi-*  
*ginti milliaria* unus. *L. 13. §. 2. h.* Pro *praesente* autem habetur qui *timum*  
*intra viginti milliaria* abs. *§. 16. Infl. h.* *&c.*

Ff 3

His



His principiis positis, ille, qui in urbe est, 20. dies amplius habet, quam ultra 100. lapides absens, quod cum iniquum sit, illi supplentur, ne & is minus habeat, d. l. 13. §. 2. ibi: ita debet hoc observari, ut nunquam alicui minus detur 50. dierum spatio: idque verum est, quamdui dies viae junctæ cum 30. diebus *excusationis* non excedunt numerum 50. dierum, i. e. quamdui quis non abest ultra 100. millaria, (nam si intra 100. millaria habitat, semper 50. dies habet, §. 16. *Inst. h.*) Si enim ultra 100. millaria abest, jam præter 50. dies in singula 50. millaria dies computatur, ita ut qui 140. millaria abest, habeat 52. dies, d. l. 13. §. 2. *in fin.* & sic porro.

Evidem hæc mera subtilitas est; cur enim non pure dici potuisse, quod tam presenti, quam ei, qui ultra 400. lapidem abest, tempus viae dandum sit præter 50. dies.

Qv. II. *An in arbitrio tutoris sit, causas excusationis coram inferiore, an coram superiori Judice per modum appellatio-  
nis excusationem proponere?*

*Laut. p.* R E S P. Jure Digestorum in arbitrio tutoris id erat; nam Judex imponens onus tutelæ gravabat, & ab hoc gravamine dabatur appellatio. L. 4. pr. L. 13. pr. h. t. L. 16. h. L. 20. de Adm. tut. Sed si tutor sibi magis consultum putet, apud eundem Judicem excusationis causas proponere, citra appellationem id poterit, & si is rejecerit causas, tunc demum appellationi locus fuit. d. l. 13.

Justinianus hoc arbitrium sustulit in §. 16. *Inst. h.* & voluit, ut sine appellatione excusationis cause proponantur. Conf. *Vinn. Et Giseb. h.* §.

## LIB. XXVII. TIT. II.

VBI PVPILLVS EDVCARI  
DEBEAT.

Qv. *Ubi pupillus educari debeat?*

R E S P. Ubi optime & absque suspicione provisum ei intelligitur: in dubio ergo præfertur locus, quem pater elegit; nisi justa sit causa inde recedendi. L. 1. §. 1. h. arg. L. 3. §. 1. de Adm. tut.

O s. j. L. 1. C. h.

R E S P.

